



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopo, qui est ordinatus as ecclesiam, & non est receptus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

byteri residere, non abiiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur, frantq; damnatione notabiles.

*De episcopo qui Ecclesiam ad quam ordinatus est,  
adire neglexerit.* Cap. XXXVII.

**S**i quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet commonione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciae synodus sacerdotum.

*Ex cōcil.  
Antioch.  
cap. 17.*

*De episcopo qui non susceperit officium sibi commissum.* Cap. XXXVIII.

**S**i quis episcopus non susceperit officium sibi commissum hic communione priuetur, quoadusque consentiat obediencie suae commodans. Si verò perrexerit nec receptorius fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, quod erudiendis inobedientes populis non fuerint.

*De episcopo vacante, qui Ecclesiam vacantem innascerit.* Cap. XXXIX.

**S**i quis episcopus vacans, in Ecclesiam non habentem episcopum surripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiam si populus quem seduxit desideret illum, alienum eum ab Ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicimus illud, cui metropolitanus episcopus interfuerit.

*Ex concil.  
Aratate.  
cap. 6.*

*Cōcilium  
perfectū  
quod sit.*

*De episcopo, qui est ordinatus ad ecclesiam, &  
non est receptus.* Cap. XL.

**S**i quis ordinatus, per contētionem populi, aut pro aliqua ratione, & non pro sua culpa, in parochia, quæ ei fuerit data, receptus non erit, hunc oportet honorem sacerdotii tantumin modo contingere, ita ut de rebus Ecclesiæ, in qua conuenit, sibi nihil præsumat. Sustineat autem quicquid de eo sanctum concilium iudicauerit.

*Ex concil.  
Aurelia:  
cap. 10.*